


des linea prima f g.
 Igitur per secundam
 proprietatē conchoi-
 dis primæ linea a g,
 pducta coincidit ipsi
 conchoidi f g, coinci-
 det ergo in g, & acta
 c g, secet in h, ipsam
 a b, rectā lineā ipsius
 normæ, Dico q̄ g h,
 sit æqualis ipsi d, da-
 tæ rectæ lineæ, Quod
 liquidū fit ex eo quo-
 riam per diffinitionē
 conchoidis primæ li-



neæ g h, æqualis est ipsi e f, at e f, ex hypothesi æqualis est ipsi
 d, igitur ex cōmuni sententiā quæ vni fuerint æqualia inter se
 sunt æqualia, recta linea g h, æqualis est datæ ipsi d, Si igitur ad
 lineam rectam ex altera parte infinitam datus constitutus fue-
 rit angulus & reliqua vt supra quod oportuit efficere.

VTNICOMEDES in libello de conchoidibus.

Datis duabus rectis lineis binas medias continue proportio-
 nales inuenire. Sint datæ duæ rectæ lineæ a b, bc, ad rectos in-
 vicem angulos quarum oporteat binas medias continue pro-
 portionales inuenire. Et compleatur a b c d, parallelogrammū,
 seceturq; bifariam vtracq; ipsarum c d, d a, in e f, punctis. Et cō-
 iuncta quidem b e, producatu etiam ac coincidat ipsi a d, pro-
 ductæ in g, ipsi autē a d, ad rectos angulos sit f h, producatuq;
 a h, quæ sit æqualis ipsi c e, Et coniugatur g h, cui parallelus sit
 a i, ita q̄ angulus k a i, sit æqualis ipsi f g h, angulo. Per præce-
 dens deniq; lemma seu problema ducat g i k, recta linea secās
 a i, quidem in i, & d a, in partem a, productam super k, sic q̄ i k,
 sit æqualis ipsi a h, Et cōnexa k b, producat atq; coincidat ipsi
 d c, productæ in l, Aio q̄ est vt a b, ad a k, sic a k, ad l c, & l c, ad
 e b, quoniā a d, bifariam secta est in e, & huic apponitur k a, igitur